

6. Tubulo in sphæram cavam superne desinenti immittatur flaccida, sed probè ligata Piscis vesicula, & repleatur omnino postea mercurio, hic si invertatur ad instituendum Torricellii experimentum, mercurius ad consuetam altitudinem decidit, & vesicula superius relicta tumida & valdè inflata conspicitur.

#### DEMONSTRATIO XIV.

Sed aér qvò magis compressus est, eò majori vi elastica pollet, eò versus, ubi minor est resistentia.

#### EXPERIMENTA.

1. Vesica antliæ applicata ex aere impulso eo-qvæ compressio mirè distenditur, & tandem cum fragore rumpitur.

2. Fons artificialis ob aerem in eo valdè compressum qvâ datâ portâ sua elasticitate velimenti, insigni impetu & velocitate aquam sub formâ variâ ejicit atqvæ propellit.

3. Bombarda pneumatica, qvo magis in eâ aer comprimitur, eo majori vi globulum, qvo onerata, propellit, & per multos asseres eum trajicit.

#### DEMONSTRATIO XV.

Et sic aér compressus sua elasticitate eadē ferè vi agit, ac alijs aer gravitate.

B3

EXPE.